

UTRIUSQUE IURIS DOCTOR · DOCTRINAE POLITICAE PROFESSOR  
VIRO PRAECLARO ET DOCTISSIMO  
**FRANCISCO IOSEPHO STRAUSS**  
MONACENSIS

REI PUBLICAE BAVARICAE SUMMORUM MINISTRO RUM PRAESIDI

QUI POSTQUAM IN UNIVERSITATE NOSTRA STUDIA HISTORICA NECNON PHILOLOGIAE CLASSICAE FELICISSIME PEREGIT · QUIBUS EX CAUSIS ORTA SIT ET QUEM HABEAT FINEM ILLA MODERNARUM CIVITATUM SIVE NATIONUM FOEDERATARUM IN DIVERSITATE UNITAS · DEINDE QUIBUS EX PARTIBUS CONSISTAT · QUO MODO MUNERE SUO FUNGATUR · QUIBUS REBUS CAREAT ET IN QUIBUS SIT REFORMANDA RES PUBLICA GERMANICA FOEDERALIS · QUEMADMODUM ET SUO QUAEQUE CIVITAS UTATUR FISCO ET AD SUMPTUS COMMUNES FISCO SUPPEDITET COMMUNI ET QUOMODO ID MAGIS IUSTE COMMODEQUE FIAT · QUA VIA NE ERROR ABDUCAT AD DEVIA · AD DESIDERATAM ILLAM DIVERSARUM NATIONUM EUROPAE UNIONEM PERVENIATUR · QUAM VARIA ET MULTIPLICIA SINT ET QUOMODO AUGEANTUR REI PUBLICAE MUNERA · QUA VERO RATIONE QUAE PUBLICO REGIMINI SUBIACENT MINUI ET PRAESERTIM IN EA HOMINUM SOCIETATE QUA RERUM AD COMMUNES USUS PERTINENTIUM INMENSITAS ARTIBUS MECHANICIS AD OMNIUM UTILITATEM CONFICITUR · MAGISTRATUUM OFFICIORUMQUE IN DISPONENDIS REBUS POTENTIA RESTRINGI POSSIT · QUANTUM PRAETEREA INSIT FORTUNAE ATQUE DISCRIMINIS IN REBUS PUBLICIS CUM LIBERTATE ADMINISTRANDIS · QUAE DENIQUE SINT MANEANTQUE SUMMA PUBLICA BONA · ACRI INGENITO EXQUISIVIT RECOGNOVIT DEMONSTRAVITQUE

**DOCTORIS RERUM POLITICARUM GRADUM HONORIS CAUSA**

EX UNIVERSI ORDINIS SOCIOLOGORUM DECRETO CONTULIT.

IN HUIUS REI TESTIMONIUM HOC PUBLICUM DIPLOMA SIGILLO MAIORE UNIVERSITATIS ADIECTO FACULTATIS DECANUS ATQUE PRAESES UNIVERSITATIS IPSI SUBSCRIPSERUNT

MONACHI DIE XIII MENSIS IULII ANNI MCMLXXV

  
*Karl Rheinmann*  
PRAESES

*Francisco Strauss*  
DECANUS